



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.3. Epistola Papæ ad S. Germanum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

Sæcul. VIII. *sumus, tum maleficia sublata, & appari-*
 A. C. 727. *tiones in somno. Illud vero extra omne*
 dubium, & nemine reclamante certum,
 quod Imago S. Virginis, quæ erat Sozo-
 poli in Pisidia, manu sua picta odorem li-
 quidum effuderit; cujus rei plures testes
 p. 315. *adsunt. Ceterum S. Germanus non de*
 aliis loquitur nisi de Imaginibus plana
 superficie pictis, nec aliæ secundum mo-
 rem Græcorum, quem hodieque servant,
 in Ecclesiis conspiciebantur. Hinc lo-
 quens de Statua ænea, quam Hæmor-
 rhoissa in honorem JEsu Christi posuerat,
 addidit: quod non ideo memoramus, ac si
 Sup. l. XV. *mens esset affirmare, faciendas nobis esse*
 statuas æneas. Hæc mihi in tribus epi-
 §. 10. *stolis S. Germani memoratu digna visa*
 ibid. *sunt.*

§. III.

Epistola Papæ ad S. Germanum.

Conc. 7. Act. *Cum S. Germanus rem gravissimi mo-*
 4. p. 282. 283. *menti ad Gregorium Papam detu-*
 lisset, respondit ille data proluxa Episto-
 la, in cujus initio gratulatur Patriarchæ,
 quod vigore Sacerdotali Doctrinam Ec-
 clesiæ defendat. Deinde Ecclesia, in-
 quit, quamquam non nulli id somnient,
 nunquam fallitur, & huic Traditioni cum
 Paganorum moribus nihil commune est.
 Ex Intentione, non Actione judicabimur.
 Si Prophetarum oracula per Incarnatio-
 nem

nem Filii Dei impleta necdum fuerunt, pingendum non est, quod nunquam factum; cum vero re vera omnia consummata fuerint, cum Dei Filius natus sit, Miracula patrauerit, passus sit, & resurrexerit, utinam Cælum, Terra, Mare, omnia animalia, & omnes plantæ mirabilia Dei verbis, scriptura, aut pictura satis enarrare possent!

Sæcul. VIII.
A. C. 727.

Idola appellantur imagines illarum rerum, quæ nihil sunt, & non nisi in fabulis inficetis aut in cerebro delirantium Infidelium existunt. Sed nihil Ecclesiæ & Idolis commune. Avertat Deus! nunquam vaccas adoravimus, aut vitulum aureum, nec unquam creaturam Dei loco habuimus, nec Sacris BEELPHEGOR initiati sumus. Si quis vero Judæorum obtrectationem imitans propter venerandas Imagines Ecclesiam Idololatriæ accusat, non majorem hominis rationem habebimus, quam canis, rabie supervacua latrantis, () eique id ipsum respondebimus, quod Judæis: utinam Israel ad Salutem suam usus fuisset rebus sensibilibus, quas præceperat*

p. 287.

(*) Dieses alles hat unser Lutheraner, welcher öfters in seinen Anmerkungen, wenn eine Meldung von Verehrung der Heiligen vorkömmt, mit den Worten: Aberglaube, abgöttisch und der Ehre Jesu Christi verkleinerlich, um sich wirset, richtig

Sæcul. VIII. A. C. 727. *perat ei Dominus, ut eundem ad se traberet! utinam plus Sanctum Altare, quam vaccas Samariæ, Virgam Aaron, quam Astartem, (*) & Petram, unde aqua fluxerat, quam Baalamasset! In hunc modum Ecclesia Romana & Constantinopolitana consentiebant.*

Theoph. an.
10. p. 339.
hist. misc. lib.
21.

Leonis Imperatoris contra Imagines molitio Seditioni populorum Græciam & Cycladas incolentium occasionem præbuit. Hi Religionis amorem obtinentes, & quemdam nomine Cosmum, quem Imperatorem coronaturi erant, secum ducentes, classe exornata Constantinopolim versus vela fecerunt, Agaliano Græciæ Præfecto & Stephano Ducibus. Deinde decimo octavo Aprilis, Indictione decima anno 727. navale prælium committere ausi Rebelles ingentem cladem passi sunt. Agalianus, ut erat
arma-

richtig in seiner Muttersprache übersezt. Die Geduld, oder vielmehr die Unempfindlichkeit dieses Mannes (wenn ihm nicht etwan alle Religionen gleichgültig sind) ist unbegreiflich. Denn solche Dinge, welche ein Protestant nicht ohne Beschämung übersezen kann, lieset man im Fleury auf allen Seiten.

(*) Sidoniorum Dea, cui Salomon, ut uni concubinarum suarum obsequeretur, Altaria condidit. 1. Reg. 15.

armatus, in mare profiliit, Cosmus & Sæcul. VIII.
Stephanus capti, atque capite plexi. A. C. 727.

§. IV.

Germanus pellitur. Anastasius Patriarcha.

Tanta victoria Leonis Imperatoris animum multo vehementius contra Catholicos accendit; novos tamen conatus adhibuit ad pertrahendum in suam sententiam Germanum Patriarcham, qui ex Imperatoris partibus contra rebelles aperte steterat. Is ab Imperatore accersitus, & blandissime compellatus dixit: *fama perceperamus, editum olim vaticinium, futurum, ut Sanctæ Imagines tollerentur; sed non te Imperatore.* Tunc Imperator urgere, ut illius Imperatoris nomen ediceret, & Germano tandem respondente, id sub Conone futurum, Leo reposuit: *verum est; e Baptismi fonte Cononis nomen accepi.* Et Patriarcha: *Bonus Deus tantum malum probibeat, Princeps! ut te regnante prædictum nefas impleatur! quicumque enim impleverit, Præcursor est Anti-Christi, & Mysteriorum Incarnationis Everfor.* Sentiens postea Imperatorem hoc sermone offendi, meminisse iussit, quid, cum coronaretur, promisisset, nempe Deum Testem invocasse, nihil se de Traditione Ecclesiæ mutaturum

*Theoph. an.
13. p. 341.*

*Frag. epist.
in Græco
cod. Orient.
canonum.*